

De Wal  
IV, 104<sup>v</sup>  
(1627)

Nieuwe stichting A'pen

Orbinatio Provinciae

Novellae plantationi Antverpiensi praeficimus in  
rectorem D. Gulielmum, professus et priorem  
d<sup>s</sup> Lirae propterea a praefato prioratu absolu-  
tum; quem monemus ut nihil disponat in  
negotiis gravioris momenti sine consilio P.P.  
Visitatorum, quibus committimus ut quam-  
primum certos ei religiosos adirungant, quos  
ad tanti operis inchoationem et salutarem  
promotionem indicaverint aptiores.

Praedictus D. Gulielmus Rector ex domo Lirana  
adduxit secum D. Henricum Brussensem com-  
professum suum, quibus adiunctus fuit D. Ge-  
rardus Eligii prof. d<sup>s</sup> Bruxellensis tunc vi-  
carius d<sup>s</sup> Sophiae, quem de initio huius Plan-  
tationis audiemus differentem. sic enim scri-  
bit in Annalibus d<sup>s</sup> Sophiae.

De Wal  
IV, 117 v  
1625

+ Guillelmus Willems  
rector Antwerpen.

Eodem morbo genere, quo P. Visitator de medio  
sublatus est 27 eiusdem mensis Septembris  
V. P. Guillelmus professor et alias Prior d. Ly-  
rae Rector novae Plantationis Antverpiae  
pugna ardenti febre, ut etiam ceruus in manibus  
eius deflueret, sepultus est honorifice apud  
PP. Praedicatorum, quorum Prior amicus defunc-  
ti erat et excepit eius confessionem et alia  
sacramenta administravit mi fallor.

Eius elogium extat in epistola nuncupatoria  
praefixa Vitae Christi a Rudolpho Cartusiano  
conciunatas.

.....  
118 A paucis mensibus accesserat ad hanc novam  
plantationem, ad quam et religiosos aliunde  
accerseri intendebat, propterea annonam com-  
paraverat et pro domo noctis usibus aptanda  
sumptus fecerat: hinc post obitum multa de-  
bita inventa sunt et quod dolendum ra-  
tiones dati et accepti non sunt inventae in  
scriptis redactae. Putant aliqui charbas

furtive subreptas et aliae suspiciones inhae-  
serunt animis hominum. Si tamen supermi-  
xisset aes alienum bene dissolvisset et ne-  
gotia sua peregrisset

Et diuturno morbo decumbens in eadem  
domo fr. Petrus donatus, germanus predicti  
reitoris atque ita dolore et moerore con-  
sumptus sequenti luce expiravit affortus  
ad fratrem in ambitu Praedicatorum P.P.

P. Comissitator nullum ibi constituit  
Rectorem, sed D. Henricum Brussegkem  
Coadiutorem seu Procuratorem instituit  
ordinationem dictae Plaudationis reservans  
Capitulo generali.

De Wal  
IV, 120 v  
1625

D. Vincentius Kribbe.

D. Vincentius Kribbe professor domus nostrae  
Bruxellensis Procurator Gandavi translatus  
est ad novam Plantationem Antverpiensem ut  
ibi fungeretur dicto officio Procuratoris, cuius  
industria videbatur ibi necessaria, cum non  
haberet Rectorem et commode accidit ut D.  
Henricus Brusseghe professor Lyrae, qui ibidem  
dantum nomen Coadiutoris assumpserat eli-  
geretur in Priorem a conventualibus domus  
Sylvae S. Martini, quem facie non noverant,  
sed tantum fama virtutum et probitatis  
illius ex relatione cuiusdam Religiosi qui cum  
eo Lyrae vixerat, nam praeterquam honestissimis  
parentibus natus esset Antverpiae atque bene-  
factor domus suae professionis non vulgaris ex-  
taret atque licentiae laurea decoratus nihilo-  
minus modeste et timorata se gerebat, maior  
animus et industria exterioris regimini re-  
quirebatur in ipso. Sic nemo ex omni parte  
beatus.

De Wal  
IV, 126  
1626

Maximilianum Plouvier  
rector A'p'cu.

### Ordinatio Provinciae

Novae Plantationi in civitate Antverpiensi  
pastore orbato praeficimus in Rectorem D.  
Maximilianum Plouvier, professum Carte-  
siae, fuerat is secretarius legionis Comitis  
d' Emsen atque eiusdem Comitis supremus  
Oeconomus aut magister domus. Vir notus in  
Belgio ob eius animi doctos et doctrinam atque  
industriam, profectionis aetatis sed coelebs  
ante sex circiter annos profectus fuerat in Car-  
tensiam cum D. Joanne Obelerman ut supra  
scripsisse me credo. Quem nunc P. Visitator  
reduxit, sed diu non supervixit nec adiutus  
sicut ipse sperabat et decebat.

De Wal  
iv, 137 v  
1627

Emmechoven terug nr ~~Bausch~~ Leuwen  
Arnold Keghel prior den Bos.

Hoc ita agebatur ( terugkeer v. Pipenpoy uit Gosnay )  
quia D. Joannes Emmechorius Prior S. Sophiae  
deliberaverat omnino redire ad cellam, nomi-  
naverat autem sibi successorem D. Arnoldum  
Keghel Procuratorem nostrum

Ordinatio Provinciae .

Priori d. S. Sophiae ( D. Joanni Emmechorio )  
ad suam magnam instauriam et propter  
senium et infirmitates fit misericordia .  
Et praeficitur in Priorem dictae domus D.  
Arnoldum professum Leodii

De Wal

IV, 140

1627

wisseling te Antwerpen

In die Assumptionis B.N. missam conventualem  
cantavit D. Arnoldus Keghel ex Procuratore de huius  
Prior de S. Lophise per chartam ordinatus, qui  
huc usque in domo remanserat praestolans  
salvum conductum a Statibus Hollandiae; af-  
fectum erga hanc domum ex tunc patefecit  
quando hinc petiit sibi dari Procuratorem  
forte desiderio non tamen petitione fuit elusus  
siquidem datus est illi D. Vincencius Kribbe  
qui tunc procuratoris officio fungebatur in  
nova Plantatione Antverpiensi in cuius locum  
Antverpium missus est D. Iudocus Giusertalen  
professus huius domus

De Wal  
IV, 150<sup>v</sup>  
1628

Laatste visitatie Den Bos

Visitatores pehiti a Priore Sylveducis et optento  
salvo conductu eo se contulerunt; ista do-  
mus a 14 annis non fuerat visitata, nam  
P. Emmehovius nec in hac domo Prior nec  
illa visitationem unquam habuit. Sed et  
haec fuit postrema ibius domus.



De Wal

IV, 153

1629

A' pen kuygt Prior.

ordinatio Provinciae

Rector novae Plantationis in civitate Antverpian-  
sis institutus est Prior, sed domus non est  
more antiquo ordini incorporata verbis expres-  
sis aut proprio nomine nuncupata. Expectat  
adhuc Patrimonium.

De Wal  
IV, 167  
1630

+ Maximilianus Plouvier, prior A'pen.

9 Martii paulo post medianam noctem oleo sancto delubatus in D<sup>no</sup> quiescit V. P. D. Maximilianus Plouvier primus Prior novae Plantationis Antverpiensis longa tunc exhaustus, qui integris sensibus et cum loquela usque ad ultimum fere spiritum perseveravit atque crucifixum arripens petebat partem habere cum bono latrone.

Aquida peracta, lotus hirsutis vestibus, quas ex carthusia detulerat viduus, cistaque cum odoriferis herbis nichilominus Bruxellas ad nos transvectus est, prout postulaverat comitantibus D. procuratore Ghindertalen donato et famulo Apoticarii, atque ipsa dominica dactare 10 martii post prandium in coemeterio nostro manibus conversorum et ministerio P. Prioris ac Visitoris sepultus est non sine quorundam lacrimis...

Addam hic tunc Epistolam D. Gerardi Eligii vicarii tunc Antverpiensis ad D. Nicolaum Dierhond

confratrem nostrum.

Wojnem goeden Hollander salut

....

Ex domo nra Antverpiensi 13 martii 1630.

168  
1630  
D. Plouvier per cartam habuit missam de B. N.  
per totum ordinem quamvis vivus non obtinuis-  
set quia bene meritus erat de maiori Cartusia,  
et de hac nostra, in cuius ambitu dedit fe-  
nestrae et alias elemosynas

Vita diuturniori et meliori vita dignus erat,  
adiutrices manus non perrexerunt illi qui  
debeant, subministrando sumptus quos vel  
inviti successoribus suis pependerunt

De Wal

IV, 169

1630

Johannes Richard rector Antv.

28 diei mensis (aprilis) Dominica Cantate P.  
hior visitator Provinciae reverens ex Artesia  
D. J. Richardum vicarium nostrum instituit  
Rectorem Novae Plantationis Antverpiensis, quae  
orbato erat pastore, ex morte D. Maximiliani  
Plowier, cum quo profectus est Antverpium  
et reduxit secum D. Gerardum Eligii professum  
hucus domus, ibidem vicarium ut idem offi-  
cium hic exerceret.

De Wal  
IV 178 ✓  
1631

Reutebehooving tussen Louven en A'pen.

Circa principium februarii Patres Commissarii  
Prior Tornacensis et Prior Valencenarum deputati  
a R<sup>do</sup> Patre riverunt Lovanium pro cognoscenda  
lite quam habebant cum novella Plantatione  
Antverpiensi cui Prior noster et visitator assig-  
naverat redditum Namurcensem 400 fl. pecu-  
nis quidem domus Ultrajectinae emptum sed  
sub nomine Carthusiae Lovaniensis cui et sa-  
turus fuisse contentebant contentuales.....

De Wal

IV, 182

1631

Ordinatio Provinciae

Priori novae Plantationis in civitate Antverpiensi  
non fit misericordia. Et D. Judocus (Juisertalen)  
ibidem Procurator vadat ad domum mona-  
chorum Augis.